

Conrad Schuckmann Thomas Schmidt

Disputatio Iuridica Exhibens Testamentorum Materiam,

Rostochi[i]: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732601991>

Druck Freier  Zugang



Testamente

Com. Schuckmann (A. Schmidt)

R. U. in 1653.

Vert.

d

57

Disputatio Juridica
Exhibens
**TESTAMEN-
TORUM MATE-
RIAM,**

Quam
DIVINO AUXILIANTE NUMINE
Permissu & Autoritate Nobilissimæ & Am-
plissimæ Facultatis Juridicæ, in celeberrima
Academiâ Patriâ Rostochiensî

SUB PRÆSIDIO
Viri Amplissimi & Consultissimi
DN. CUNRADI Schuckmann /

J. U. D. Præceptoris ac Promotoris sui
æternum devenerandi,
Publicè ventilandam proponit

THOMAS Schmidt / Rostoch.
Autor & Respondens,

In Auditorio Majori ad diem 5. Martij.
horis antemeridianis.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi.
Anno 1653.

Disputatio Juridica

TESTAMEN-
TORUM MATRIMONIALIUM

DE RE AUCTORITATE NEMINE

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

DR. GUNRADI COMMENTARIUM

DE RE AUCTORITATE NEMINE

ROSTOCKI



C. B. D.

Thesis I.

Dicturo mihi aliquid, de natura præcipui modi acquirendi per universitatem, breviter præmittere placuit; Rerum dominia ad nos transferri, aut particulariter, singulis nempe rebus, nobis vel Legatorum nomine, de quibus *t. t. J. ff. & C. de legat.* vel per fideicommissum relictis *t. t. J. de reb. sing. per fideicom. relict.* vel quolibet alio modo inter vivos rerum particularium dominio ad nos translato, de quo passim: aut universaliter, præcipue per hæreditatem quæ duplex est: Hæritas enim aut testamento, aut Lege ab intestato nobis obvenit, *l. 1. 3. ff. de hæred. petit. & §. fin. J. per quas personas nobis acquirat.* Illa quæ testamento defertur, ac testamentaria dicitur in *l. 6. §. 2. ff. que in fraud. credit. fact. ut restituit.* prior ac potior est eâ, quæ vocatur legitima in *d. l. 6. §. 2. ff. d. t. & ab intestato ad nos devolvitur l. 39. 70. 77. ff. de acquir. vel omitt. hæred. l. 8. C. comm. de success. l. 2. C. und. liber. l. 89. ff. de R. J.* & illam quidem testamento delatam hæreditatem sequentibus hisce thesibus pro ingenii mei modulo, summo Auxiliante Jehova, describere mens est.

II. Collocanda itaq; in frontispicio erit testamentorum Origo, quæ juri Gentium tribuenda, testamentis nempe simpliciter & indefinitè consideratis; quod non obscure §. 40. *J. de R. D. & arg. l. 7. §. 1. ff. si tab. test. null. ext. ab. l. 7. ff. de bon. damn. l. 36. §. 2. C. de inoffic. test. Nov. 1. c. 1. §. 2.* probari potest. Recenset insuper & ipse sacer Codex quasdam ultimas voluntates, licet modernis dissimiles *Gen. 27, 49. & 50. 2. Reg. 20. & Diogen. Laertius in vitis philosophorum plurima eorundem enumerat ultima Elogia, quem citat Vinn. ad Inst. b. t. num. 3.* Tacitusq; tanquam sin-

A 2

gula.

gulare de Germanis refert; apud hos nullum testamentorum fuisse
usum *lib. de morib. Germ.* Imò Testamenta jus Gentium tanquam
matrem agnoscere, testes sunt Hug. Grot. *lib. 2. de jur. bell. & pac.*
cap. 6. num. 14. Cicer. *lib. 3. de finib. circa fin. & alib.* Conn. in
Comm. jur. civil. lib. 1. cap. 5. num. 5 §. testamenta: Quamvis ultimæ
dispositiones certis legibus aut cautelis determinatæ, quoad
formam extrinsecam, juri Civili sint assignandæ; de qua forma
t. t. ff. & C. h. t. cæterisq; ill. hanc materiam concernentibus agi-
tur, egoq; in Thef. subsequ. acturus sum; de hac autem quæst. pro-
lixius agunt *d. Vinn. d. loc. & Schneidvv. pr. f. h. t.*

III. Expositâ jam origine, propius ad testamentum erit de-
scendendum; quod in Legibus variis nominibus denominatum,
v. c. *suprema voluntas in l. i. C. de SS. eccles.* Moderamen vo-
luntatis, & ultima dispositio in *l. 8. C. qui testam. fac. poss.* Ulti-
ma voluntas, & ultimum Elogium *l. 9. subsequ. C. d. t.* Suprema
contestatio *l. 20. § 8. ff. qui test. fac. poss.* Postremum judicium *l. 4.*
C. eod. Suprema scriptura *l. 4. § 5. C. de Her. & Maniche.* similibusq;
insignitum appellationibus, etymologicâ quadâ allusione à re ipsâ
quæ testamento continetur desumptâ, dicitur testatio mentis *pr.*
f. h. t. & pr. fragm. Ulpia: tit. 20. Potestq; circa hanc Etymologi-
am Jctorum more datam, ad ambiguitatem vocabuli *mentis* tol-
lendâ inspici *l. 2. ff. h. t. Wesenb. in parat. ad hunc tit. num. 3.* An-
ton. Perez. in *Inst. h. t. pag. 163. dict.* Vinn. in *Inst. eod.* Schneid. in
quæst. und. d. cat. test. num. 1.

IV. Hoc Etymon excipiat ipsa definitio, quæ quamvis
à nonnullis accuratior forsân data fuerit; ut est ista Boceri, & illa
Vinnii (uti appellat) perfectissima; qui etiam illam Ulpian. in
pr. f. de test. ord. expressiorem esse affirmat in suo comm. ad *Inst. h.*
t. num. 2. Placuit tamen illam Modestini in *l. v. ff. h. t.* retinere:
Testamentum nempe esse voluntatis nostræ justam sententiam de
eo quod quis post mortem suam fieri velit: rectè enim voce justa,
præsertim ex *l. 4. ff. h. t.* explicatâ, (quod nempe solennem, legi-
bus conformem, & integram de omnibus bonis denotet senten-
tiam) multis dubiis hac definitio liberabitur. *Vid. Wesenb. in pa-*
rat. ad hunc tit. num. 4. Franc. Conn. Comm. jur. Civil. l. 9. cap. 1. num.
2. Bocer. class. 3. disp. 1. t. h. 10.

V. Sequi-

V. Sequitur Divisio; quam temporum respectu variare, notum est ex § 1. 2. § 3. *l. h. t.* Olim enim jure civili duo tantum testamentorum genera fuere cognita; quorum alterum, quod calatis comitiis appellabatur, pacis tempore & in otio pro concione populi curiatim congregati fiebat; alterum vero procinctum dictum, vel ut quidam malunt in procinctu, est testamenti genus, quod eo tempore, quo jam omnia bello repleta, à militibus cinctis, & in acie ad dimicandum instructissimis condebatur. Quibus haud multo post tertium adjectum, per æs & libram dictum, quod, imaginariâ quâdam venditionis adhibitâ specie, per emancipationem agebatur; Quoq; superveniente priora ista prisca ipsis temporibus in desuetudinē ivere, nec min⁹ tertium hoc haud multo post debilitatum, § 1. *f. d. t. fragm. Ulpian. tit. 20. § 1. & 2. Vinn. ad Inst. h. t. Francif. Conn. Comm. juris civ. lib. 9. cap. 1. num. 5. Anton. Perez. ad Inst. h. t. pag. 164.*

VI. Et ita hisce generibus sepultis, Prætor remotâ emancipatione, aliam formam testamentorum suppeditavit, quam septem testium signa confirmant § 2. *l. d. t. & d. Vinn. & Anton. Perez ad hunc §.* Cui deniq; Prætorio aliud successit, conflatum ex jure civili, quod testamentum unico contextu ordinari jubet § 3. *l. d. t. l. 21. § 3. ff. l. 28. C. h. t.* ex jure prætorio, quod signa testium vult apponi *d. § 2. & 3. l. h. t. § 6. l. quib. mod. test infirm. & ex constitutionibus principum,* quæ testium subscriptionem exigunt *d. § 3. l. d. t. l. 21. C. h. t. Vinn. & Anton. Perez. d. loco.*

VII. Restat itaq; illud testamenti genus dividendum, quo in foro hodierno utimur; estq; aut paganum, aut militare. Paganum est quod fit domi extra militiam; cujus usus hodie frequentissimus; estq; aut publicum, quod publicâ nititur fide, tenetq; aut conscientiam principis, aut apud acta judicii coram quovis iudice est conditum *l. 19. C. h. t.* Quod nullis etiam adhibitis testibus, satis firmum esse docet ratio *l. 31. C. de donat. Schneidvv. l. h. t. in quest. de solem. test. num. 17. Fachin. contr. jur. l. 6. cap. 86.* aut privatum, quod privata fide probatur, si nempe testator mentis suæ postremum judicium auribus privatorum publicaverit ut loquitur *d. l. 19. C. h. t.*

VIII. Et hoc rursus subdividitur in solenne, quod non nisi omnibus solennitatibus, & necessariis Legum requisitis adhibitis condi potest; & minus solenne, quod licet nonnullis vel omnibus solennitatibus destituatur, firmo nihilominus, ob singularem rationem stat talo: quorum illud, aliud est solenne in scriptis, sive scriptum, aliud nuncupativum, Anton. Perez. in *Inst. b. t.* Schneidvv. in *quest. Quot sint spec. test. num. 10.*

IX. Solenne illud quod fit per scripturam, utramque ferme paginam in hac disputatione facit, & in subsequentibus thes. quoad personas, solennitates & actiones deliniatur. Nuncupativum autem est, quod fit sine solennitate scripturæ, quando nempe testator coram testibus ad hoc rogatis, ea quæ post mortem suam fieri velit, palam exponit, heredemq; nominat *l. 21. ff. l. 21. §. 2. C. b. t. §. ult. J. cod. & Recess. Imper. de Ann. 1512. rub. von Testamenten/ §. Es sollen auch die Notarien. & §. Aber die Form eines Testamentes das Nuncupativum &c.*

X. Testamenti autem minus solennis nomine venit, primò testamentum inter liberos, quæle describit *l. 21. §. 1. C. b. t. l. 26. in fin. C. famil. ercisc.* Probè tamen circa hoc testamenti genus cautelis observatis, quæ in *Nov. 1. 7. c. 1.* adhibentur; Nihil autem discriminis affert, num liberi in patriâ sint potestate, vel emancipati *l. ult. C. famil. ercisc.* modò sint ex justo matrimonio procreati, quales describit *l. 6. ff. de his qui su. vel alien. jur.* vel etiam legitimati; hi enim suis annumerantur in *Novell. 89.* in qua prolixè hac de re agitur; vid. Bocer. *class. 3. disp. 2. Th. 63. Fachinæ lib. 4. contr. jur. cap. 3.*

XI. Secundò militare, pagano aliàs contradistinctum supr. thes. 7. quod est militis in expeditionibus occupati *pr. J. de testamen. milit. l. 17. C. eod. l. ult. C. de restitut. militum,* ultima, voluntas omnibus solennitatibus omissis iordinata *l. 1. & 35. ff. de Testam. milit. l. 3. C. eod.* estq; ratio hujus concessi privilegii in *d. l. 1. d. t.* adjuncta; milites enim arma magis quam jura scire debent, ut loquitur *l. fin. in pr. C. de jur. de liber.* Nihil autem interest quocunq; modo militum voluntas innotuerit, modo testandi animum habuerint, quod necessariò requirit *§. 1. J. de test. milit. l. 24.*

l. 24. ff. eod. sive qualibet scripturâ, l. 15. C. h. t. sive duobus testibus, qui sufficiunt numero certo non adjecto l. 12. ff. de test. & horum quidem testimonia nihil ad solennitatem, sed tantum faciunt ad probationem, d. § 1. J. d. t. & d. l. 24. ff. eod. Bocer. cl. 3. disp. 2. th. 52.

XII. Arcentur tamen ab hoc privilegio à militia dimissi, veterani, limitanei, & Scriptorii § 3. J. d. t. l. 16. C. eod. quibus etiam milites togati sunt annumerandi, *l. fin. pr. & § 1. C. de inoffic. testam. l. ult. C. h. t.* ut & milites Dei, sive militantes Deo uti vocantur in *c. placuit, caus. 21. quæst. 3.* Schneidvv. *pr. h. t.* jubentur enim omnes, quibus est qd. castrense peculium, testari jure communi § *ult. l. h. t.* Militibus a. in Thesi præcedenti descriptis etiam hodierno tempore in licitis bellis hoc privilegium concessum esse, nullum est dubium *d. Conf. Maxim. h. t. §. Unde sollemne Notarien.* Bocer. *class. 3. disp. 2. th. 58.*

XIII. Tertio testamentum favissimæ pestis tempore factum, cui itidem Leges quasdam solennitates remiserunt, *l. 8. C. h. t.* quæ tamen expressè numerum testium minui prohibet, ut latè deducit *Fachin. lib. 5. contr. jur. cap. 92.* Licet aliter observari in Camera Imperiali testentur *Gail. lib. 2. obs. 118. n. 18.* *Mynsing. Cent. 1. Obs. 96. n. 1.* Contrariumq; jure Wurtembergico *part. 3. tit. 4.* & aliis multis in locis jure statuario obtineat.

XIV. Testamentum ad pias causas conscriptum, quarto huc referendum erit; quod etiam duobus tantum testibus, nulla sexus habita differentia adhibitis, subsistit *c. relatum, Extr. de test. Fachin. l. 4. contr. jur. cap. 3. vers. quod attinet ad tertium.*

XV. Quinto Rusticorum, quod *lex ult. C. h. t.* depingit; & his quidem nonnullæ solennitates remissæ sunt ob ipsam rusticitatem, ob quam etiam in aliis quibusdam casibus leges nonnihil ipsis indulserunt *l. 1. § 5. ff. de edend. l. 2. ff. si quis in jus vocat.*

XVI. Sexto tandem hisce testamentorum generibus certo tamen respectu, etiam codicillus annumerari potest *l. 7. C. & § ult. Inst. de codicill.* Reliqua vero testamenta minus solennia sive privilegiata, de quibus in præcedentibus thes. actum, dicuntur etiam imperfecta, non tamen absolute, & ratione sui *l. 21. § 1. C. de testam.* Fitq; horum quorundam imperfectorum testamen-

torum

torum mentio ab Imperatore Maximiliano in Recept. Imp. de Anno 1512. d. t. § Und sollen die Notarien/ vers. item, Und auff den Gaw.

XVII. Coeterum hisce testamentorum generibus delibatis, & illud paganum solenne continuaturo, placuit Imperatorem sequi in § fin. 7. de 7. N. G. & C. & primo loco personas examinare; secundò, quæ circa ipsa testamenta consideranda tradere; & tertio demum finem & effectum eorundem una cum dissolvendi modis inspicere.

XVIII. Jubet ergo d. ille § fin. 7 d. t. præmittendam esse personarum cognitionem; Monetq; Gajus in l. 4. ff. b. t. Quod imprimis animadvertere debeamus, an is qui fecerit testamentum, testamenti factionem habuerit: illa enim non privati, sed publici est juris l. 3. ff. b. t. Quod à privatis, nec mutari, nec concedi potest, l. 13. C. de testam. l. 6. ff. b. t.

XIX. Quam ob causam in genere de personis notandum, omnibus tam masculis, quam fœminis testamenti factionem esse permissam l. 1. ff. b. t. & l. 120. ff. de V. S. hanc tamen addita cautela, nisi specialiter prohibeantur arg. l. 1. § 1. ff. de test. l. 12 §. 2. ff. de judic. nam uti secundum d. l. 12. § 2. ff. d. t. omnes judices esse possunt, qui naturâ, aut lege non prohibentur; ita de suis bonis libera disponendi facultas omnibus relinquitur, nisi natura prohibeat, aut lex vetet, vid. Bocer. Class. 3. disp. 1. th. 15. 16. & seqq. Schneidvv. ad tit. quib. non est permiss. testam. fac.

XX. Natura autem quosdam removet à testamenti factione, vel ob defectum animi, vel ob corporis vitium: & quidem ob defectum animi vel ratione ætatis, vel alicujus casus. Ratione ætatis excluduntur Impuberes l. 5. & 19. ff. l. 4. C. b. t. § 1. 7. quib. non est permiss. test. fac. & Const. Maximil. in Recept. Imp. de Anno 1512. d. t. § Nun die Form eines Testaments in Schrifften/ & jure Wurtenbergico minor sedecim annis à testamenti factione arceatur New Land-Becht/ part. 3. tit. 2. § 1. pag. 327. & quidem ob defectum judicii quod nullum in Impuberibus esse d. § 1 d. t. affirmat, quem tamen ritè explicat Ulpian. in fragm. § 11. tit. 20. Receptèque de hac ætate loquitur l. 1. C. de fals. Monet.

XXI. Et

XXI. Et hæc Impuberum à testamenti factioe exclusio in tantum procedit, ut nec tutore auctore testamentum factum valeat *l. 1 §. 2. ff. de tutel. & ration. distrab.* cujus asserti ratio traditur in *l. 32. ff. de hered. Inst.* & manet firmum, in totum prohiberi Impuberes, ultima conficere Elogia, etiam illo casu, quo ipsis antiqvæ hoc permisere Leges *l. ult. C. de test. milit.*

XXII. Alicujus casus ratione, interdicitur furiosis testamenti factio § 1. *quib. non est permiff. test. fac. l. 16 §. 1. ff. b. t.* Idemque de iis, qui mente capti, dicendum *l. 2. ff. de inoffic. test. l. 17. ff. b. t.* horum enim nulla voluntas *l. 40. ff. de R. I. & absentibus,* nec non quiescentibus annumerantur in *l. 2 §. 3. ff. de jur. codicil.* quod tamen ita limitandum, nisi in lucidis intervallis testamentum condere inceperint & consummaverint § 1. *l. d. t. l. 10 §. 4. ff. & l. 9. C. b. t.* Si quidem integritas mentis solum non autem sanitas corporis hoc in casu attenditur *l. 2. ff. b. t.*

XXIII. His quoque annumerantur prodigi, quales describit *l. 1. ff. de curat. furios. & aliis.* quibus bonorum suorum administratio est interdicta, § 2. *J. quib. non est permiff. test. facer. l. 18. pr. ff. b. t. & quoad bona æquiparantur furiosis l. 40. ff. de R. J. l. 12. §. 2. in fin. ff. de tut. & curat. dat.* ante tamen interdictionem conditum testamentum non infirmatur, *d §. 2. J. d. t. & d. l. 18. ff. d. t. junct. Novell. 39. Imper. Leon.*

XXIV. Similiter quoque corporis vitium impedimento est testamenti factio, quod pro diversa corporis parte cui adhaeret, variat; quidam enim sunt muti & surdi simul, & quidem vel naturâ, vel casu facti, qui omnimodo testari prohibentur *l. 10. C. qui test. fac. poss.* Quæ tamen adducta lex circa eos, quibus hoc vel morbo aliove casu evenit, hanc addit limitationem, si literas ignorent. Quidam autem sunt vel muti vel surdi tantum, quibus (necessitate illa impetrandi privilegium principis, in *l. 7. ff. b. t.* abrogatâ) testamenta facere permittitur, modo muto tantum, prædicta limitatio *l. 10. C. d. t.* accommodari possit. Horum autem omnium testamenta, priusquam hujusmodi naturæ vitiis laborare cœperunt, conscripta rata habentur *l. 6. §. 1. ff. b. t. & §. 3. Inst. quib. non est permiff. test. facer.*

B

XXV. Qvi-

XXV. Quidam sunt Caci, quibus itidem non nisi sub certo modo suas ultimas voluntates declarare conceditur §. 4. l. quib. non est permiss. testam. fac. quem modum ipsis l. 8. C. qui test. fac. poss. & novissimè Ordinat. Imperat. Maximil. in Recess. Imper. de Anno 1512. b. t. §. Aber zu eines Blinden/ & §. Und sollen die Notarien/ præscribunt.

XXVI. Sicut natura, ita nec Lex omnibus permittit facultatē postrema judicia condendi; Nonnullis n. objicit potestatem cui subjecti, ut primò Filiosfam. ipsiq; testandi jus etiam permitte-
tente patre denegat *pr. 7. quib. non est permiss. testam. facer. l. 6. ff. b. r. l. 3. §. 1. & l. ii. C. eod. l. 25. ff. de mort. caus. donat. arg. l. 38. ff. de pact.* (quamvis patre permittente mortis causa donare possit *d. l. 25. ff. d. t.*) nihil enim habet suum *Fragm. Ulp. §. 9. tit. 20. & Lex XII. tabul. expressè requirit patremfamil. Hanc igitur ob causam, quod filii-
famil. in peculio Castrensi instar patrumfamil. sint l. 2. ff. de Scto. Maced. l. 6. §. ult. ff. de injust. rupt. irrit. fact. test. l. 4. ff. de judic. libera
admini stratio ipsis conceditur eorum bonorum, quæ ex peculio castrensi vel quasi proveniunt *pr. I. quib. non est permiss. testam. fac. §. 6. I. de test. milit. l. ult. C. qui test. fac. poss. l. 1. §. 6. ff. ad Sctum. Tre-
bell. l. ult. C. de inoffic. test.* quod tamen dictis hisce rationibus, & ob *Leg. penult. C. qui test. facer. poss.* non est ad cetera peculii genera extendendum. Vid. *Bocer. class. 3. disput. 1. thes. 27. Vinn. ad tit. quib. non est permiss. test. fac. Fachinæ. lib. 5. contr. jur. cap. 94.**

XXVII. Secundò, servo l. 16. 19. & 20 §. 7. ff. b. r. Servis enim denegatur communitio juris civilis, ut *ex d. l. 20 §. 7. d. t. l. 32. & 209. ff. de R. I. constat.*

XXVIII. Quibusdam Lex status mutationem opponit; ut primò Monachis, qui sine liberis Monasterium ingressi ad testamenti factionem nullatenus admittuntur *Auth. ingressi C. de SS. Eccles. horum enim bona Monasterio applicari jubet d. Auth. C. d. t. Auth. si qua mulier C. eod. Auth. Nunc autem C. de Episc. & Cler. & Novell. 123. cap. 38.* Ingressuris verò sive etiam ingressis, cum liberos haberent, concessum est proprias res inter liberos distribuere, & de his disponere, sibi tantum unâ parte servatâ, quæ monasterio competit *d. Novell. 123. & 76.* quibus textibus rigor illarum Le-
gum

gum remissus, quæ quartam tantum partem liberis assignabant, uti videre est, ex *Novell. 5. cap. 5.* Simulq; ex *d. Auth. C. de Episc. & Cleric. & d. Novell. 76.* non obscure colligitur, testamentum jam ante factum ingressu non revocari, adde *Fachinæ lib. 6. contr. jur. cap. 14.*

XXIX. Secundò, captis ab hostibus §. *ult. I. quib. non est perm. test. facer. l. 8. ff. b. t.* Quibus nec militari jure testari permittit, *l. 10. ff. de test. mil.* rediguntur n. in servitutem ab hostibus §. *5. I. quib. mod. jus pat. potest. solvit. §. penult. l. de jur. person. l. 7. ff. de A. R. D.* Quò tamen jure eorum testamenta ante captivitatem facta subsistunt, docet §. *ult. I. quib. non est perm. testam. facer. & l. 22. ff. de captiv. & postlim. revers.* Sunt & ejusdem conditionis obsides *l. 31. ff. de jur. fisc. l. 11. ff. b. t.* nisi speciali beneficio privilegiati *l. 11. ff. b. t. l. 32. ff. de jur. fisc.* Quod tamen non extendendum ad detentos à Latronibus *l. 13. ff. b. t. d.* nec ad modernos captivos à Christianis, quorum bella civilium dissensionum nomine veniunt, in quibus servitus incognita *l. 19. l. 21 §. 1. ff. de captiv. & postlim. revers.* adde *Vinn. ad §. ult. tit. quib. non est perm. testam. facer. & Colleg. Argentorat. ad b. t. pag. 151.*

XXX. Tertiò, maximam & mediam capitis deminutionem passis *l. 8 §. 1. 2. & 4. ff. b. t.* & quidem ob bonorum publicationem *d. l. 8 §. 1. & 4. ff. d. t.* nec non amissionem libertatis & civitatis §. *2. I. de capit. deminut. l. 29. ff. de pœn.* quibus hodiè Banniti æquiparantur, ita tamen ut in bannum Imperii sint declarati, nec restituti. *Bocer, class 3 disp. 1. th. 25.* & ab eo alleg. *Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 13. num. 8. Wesembec. in parat. ff. ad b. t. num. 13. Colleg. Argentorat. ad b. t. pag. 151.*

XXXI. Quartò, ad mortem damnatis *l. 6 §. 6. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. l. 29. ff. de pœn.* nisi interposità appellatione *l. 13 §. 2. ff. b. t.* vel post accusationem indemnati decedentes testamenta fecerint *l. 9. ff. b. t.* Licet novissimo jure admittantur, sublata servitute pœnæ loco imponendà, *Auth. sed hodie C. de donat. inter. vir. & uxor. & Novell. 22. cap. 8.* & bonorum publicatione ob delicta derogatà per *Auth. Bona damnatorum C. de bon. proscript. Novell. 134. cap. ult.* nisi criminis alicujus damnati hæredibus tam descendentiū quam ascendentiū ad tertium gradum destituti

fuerint, vel etiam ob crimen læsæ majestatis damnati, *d. Auth. Bona damnatorum C. d. t. d. Novell. 134. cap. ult. Wesembec. in parat. ff. b. t. num. 13. Colleg. Argentorat. ad b. t. pag. 158.*

XXXII. Quinto, illis qui de suo statu non sunt certi *l. 14. ff. b. t. § 11 fragm Ulpian. tit. 20 Colleg. Argent. b. t. pag. 156.*

XXXIII. Tandem vult lex nonnullis refragari perpetrata crimina; ut I. Usurariis manifestis, nisi præstita cautione de usuris iniq; extortis reddendis *c. quamquam, de usur. in Sexto, adde Colleg. Argentorat. b. t. pag. 154.* II. Hæreticis *l. 4. C. de Hæret. & Maniche. Novell. 144. cap. 1. l. ult. C. ne sanct. Bapt. iteretur, nisi habuerint liberos Orthodoxos l. 19. & Auth. subs. de Hæret. & Manich.* III. Iis qui sese incesti vetitiq; conjugii nuptiis funestarunt *l. 6. & subs. Auth. C. de incest. & inutil. nupt.* IV. Ob crimen famosum damnatis, *l. 17. § 1. ff. b. t. l. 21. ff. de test.* V. Deniq; cæteris omnibus, quoscunq; Leges intestabiles pronunciant *l. 26. ff. b. t.*

XXXIV. Et hi illi sunt qui à testamenti factione arcentur: quamvis non omnes, quibus activa testamenti factio, sive jus condendi testamenta, denegatur, etiam eo ipso à passivâ, sive jure capiendi ex testamento indifferenter removendi erunt: contraria enim exempla annotat *l. 16. ff. b. t.*

XXXV. Hactenus de personis; sequitur jam ipsa testamenti forma, quæ alia est testamenti publicâ fide ordinati, de quâ *l. 19. C. de testam.* alia autem testamenti, quod hactenus deliniatum, & etiam nû describendum. Hujus ergo formæ non minima pars consistit in observatione solenniû, quæ maxima ex parte concernunt habilitatem testium, ut nempe sint idonei *l. 21. C. de testam.*

XXXVI. Erunt itaq; de testium conditione, sive habilitate, generalis ex *l. 1. § 1. ff. de test.* tenenda regula: omnes nempe adhiberi posse, quibus non interdictum testimonium, vel qui ulla lege à testimonio dicendo non excusantur; omnes autem admittuntur, quibus tam activâ, quam passivâ saltem testamenti factio est, § *6. l. de test. ord.* exceptis his qui naturâ, vel lege prohibentur.

XXXVII. Quâ de causa, (priori methodo repetitâ, secundum quam personæ examinatæ) Naturâ ob defectum animi denegatur facultas testimonii dicendi I. Impuberibus *d. §. 6. l. b. t. l.*

20. prim

20. *prin. ff. h. t. l. 3 §. 5. ff. de testib. II. Furioso d. § 6. I. d. t. l. 18. ff. h. t.*
III. *Prodigo d. §. 6. I. d. t. l. 20 §. 4. ff. h. t.*

XXXVIII. Ob corporis verò vitium I. muto & surdo *d. §. 6. I. d. t.* Si quidem quæ geruntur percipere nequeat, quod necessarium requirit *l. 21. in pr. ff. h. t.* II. Cæco qui regulariter non adhibetur; testes enim in conspectu testatoris sunt *l. 9. C. de testam.* ut nempe testator testes, & testes testatorem aspiciant, ad omnem in testamento evitandam fraudem; tum etiam cæcus, neque testamentum subscribere, signare, & multo minus signum recognoscere potest, quod tamen necessarium requirit in testibus *l. 4. & 7. ff. testam. quem adm. aper.* accedit insuper quod coram pratore aliàs non rectè compareat *l. 1. § 5. ff. de postul.* & horum quorundam mentionem facit *constit. Imperat. Maximil. Anno 1512. d. t. § Die Notarien/ Wesembec. ad paragr. 6. I. d. t. Boccr. class. 3. disp. 2. th. 13. Vinn. ad eundem § 6. num. 4.*

XXXIX. Lege itidem testes adhiberi vetantur I. Servi *d. §. 6. I. d. t. l. 20 §. 7. ff. h. t.* nisi forsan liber existimetur tempore conditi testamenti *§ 7. I. d. t.* quibus homines proprios annumerat, *d. constit. Maximil. d. t. § Die Forme eines Testaments/* Idemque de illis qui civitatem amittunt dicendum *§ 1. J. quib. mod. jus patr. potest. solvit. § 2. I. de capit. deminut.*

XL. II. Fœminæ *d. §. 6. I. d. t. l. 20. § 6. ff. h. t. d. constit. Maxim. de Anno 1512. § Die Notarien/* (quæ simul quid de Hermaphroditis dicendum indicat, de quibus etiam videatur *l. 15. § ult. ff. de test.*) Mulieres enim civilibus officiis non fungantur, *l. 1. § Sexum ff. de postul. l. 2. ff. de R. I.* III. Damnati ob crimen, quò notati ipsò jure intestabiles dicuntur *l. 13. 14. & 15. ff. de testib. d. §. 6. J. d. t. l. 18. § 1. & l. 20 §. 5. ff. h. t.*

XLI. Et hi illi sunt, qui in universum in testamentis à testimonio perhibendo excluduntur; in quorundam autem testamentis admitti nequeunt I. Hæres eo in testamento, in quo est institutus *§ 10. J. d. t. l. 20. in pr. h. t.* Sibi enim testimonium præstare dicitur in *d. §. 10. I. d. t.* quâ ratione cessante, si forsan Legatarius, vel fideicommissarius scriptus in testamento fuerit, aliud statuendum, *§ 11. J. d. t. d. l. 20. ff. d. t.*

B 3

XLII. 2.

XLII. 2. Nec is qui testatorem vel hæredem in potestate habet, ut pater, nec ii qui in potestate testatoris vel hæredis sunt ut filii, nec fratres, qui ejusdem patris potestati subjecti, sibi invicem testium loco esse possunt *d. §. 9. f. d. t. domesticum enim & in propriâ causâ testimonium rejicitur d. §. 9. f. d. t. l. 10. ff. de test. pater autem & filius naturâ una persona intelliguntur l. 11. C. de Impub. & aliis substit. estq; verum, patrem in testamento filii non idoneum esse testem, etiam eo in casu, si post missionem de castrensi peculio testatus fuerit d. §. 9. l. d. t. in alieno autem testamento unâ illos testium munere fungi posse nullum est dubium §. 8. f. d. t. l. 22. pr. h. t. l. 17. ff. de testib. Inspicitur verò testium conditio eo tempore quo testamentum perficitur, sigillaq; ab illis apponuntur l. 22. §. 1. ff. h. t.*

XLIII. Inspectâ testium conditione, eorundem numerus considerandus; qui justus & solennis de jure civili est septenarius §. 2. 3. & ult. f. h. t. l. 21. & 23. ff. h. t. l. 8. C. eod. l. 12. & 21. C. de testam. & quemad. test. ordin. numerusq; ille septenarius adeò præcisè requiritur, ut etiam unico deficiente teste, totum testamentum corruat d. l. 12. & 21. C. de testam. d. const. Imperat. Maximil. de Anno 1512. d. t. §. **Vnd sollen die Notarien.**

XLIV. Diversum tamen de jure Canonico dicendum, *cap. Cum esses, Extr. de testam.* aut si forsan statuto, vel consuetudine hic numerus minutus fuerit, quod fieri posse non est dubitandum ob l. 9. C. de testam. & §. pen. I. de L. N. G. & C. aut si forsan deniq; eo in loco testatus quis fuerit, qui hunc testium numerum denegat, l. ult. C. de testam. & d. constit. Imper. Maximil. de Anno 1512. d. t. §. **Vnd sollen die Notarien/** vers. item **und auff dem Gaw.**

XLV. Porro circa testes tenenda est eorundem convocatio l. 21. C. de testam. *Auth. rogati C. de testib.* ex qua *Auth. liquet*, illos qui casu confluxere, vel non rogati alia de causa adsunt, planè idoneos esse testes; hos tamen & tunc cum alia de causa presentes sunt, rogari posse, sua ut in testamento perhibeant testimonia, nullum est dubium l. 21. §. 2. ff. h. t. d. constit. Imp. Maximil. d. t. §. **Es ist in Testamenten Noht/**

XLVI. Testibus hoc modo presentibus, & in conspectu testatoris

statoris constitutis *l. 9. C. de testam.* ipse testator ultimam suam voluntatem coram his declarare tenetur *l. 21. C. de testam. l. 20. § 8. ff. b. t. l. 11. §. 1. ff. de Leg. 3.* Quæ tamen declaratio plenior & dilucidior est in testamento nuncupativo, quam in scripto; cogitur enim in illo totam detegere mentem, sive ultimam eloqui voluntatem, quam post mortem ratam esse velit, cum in hoc sufficiat, asserere eas quas profert testamenti tabulas, esse suas, *d. l. 21. C. de testam. & d. constit. Imper. Maximil. b. t. § Die Form eines Testaments in Schrifften/ vers. Doch daß er öffentlich ansage/ daß solches/ so er da legt/ sein Testament sey.*

XLVII. Necessarium autem requisitum in ipsa hac testatoris ultimæ suæ voluntatis contestatione est, ut unico contextu, & incorruptâ continuatione fiat *§ 3. I. b. t. l. 21. §. fin. ff. b. t.* & sæpius alleg. *constit. Maximil. b. t. § Weiter so ist auch zu eines/ nulloq; extraneo actu interveniente celebretur d. l. 21. §. fin. ff. b. t. l. 21. § in omnibus C. de testam.* exceptis tamen iis, quos summa necessitas requirit, quales describunt, simulq; quæ in his casibus fieri debeant, indicant *l. 28. C. de testam. d. constit. Maxim. de Anno 1512. b. t. § Ubet zu eines Blinden/ Bocer. class. 3. disp. 2. tb. 35. 36. & 37. Colleg. Argentor. b. t. pag. 159. num. 16.*

XLVIII. Ex quibus firmissimè concluditur, contractum in testamento celebrari non posse; quod insuper perspicuè *l. 20. ff. de V. S.* & ex definitione de qua *l. 1. ff. b. t.* ut & natura testamenti probatur; ea enim quam contraria sit contractui, patet ex collatione *l. 4. ff. de fid. Instrum. d. l. 21. C. de testam. l. 4. ff. de adim. vel transmitt. legat. & l. 5. C. de O. & A. Fachinæ lib. 5. contr. jur. cap. 32.*

XLIX. Solennitates hucusq; consideratæ communes fuerunt tam testamento nuncupativo, quam illi quod fit in scriptis; subnectendæ restant quædam singulares solennitates testamenti scripti; Quarum prima est ipsa scriptura, sive quod testamentum jam ante literis expressum, à testatore exhibeatur testibus *l. 21. C. de testam.* Nam licet hodie sæpissimè Notarii nuncupativa testamenta soleant in chartam conjicere, ea tamen hac de causa non fiunt scripta; hoc enim fit ob solidiorem & faciliorem probationem *l. 4. ff. de pign. l. 4. ff. de fid. instrum.*

L. Ni-

L. Nihil autem refert, quo tempore illud testamenti exemplar, quod testator producit sit exaratum *d. l. 2. § in omnibus C. de testam.* modo integris literis conscriptum fuerit *l. 6 §. 2. ff. de bonor. possess. Aurb. quod sine C. de testam. Novell. 107. cap. 1.* Neque quicquam interest, siue ab ipso testatore, siue ab alio conscriptum sit *l. 28. ff. h. t.* potestque aliquoties describi, ita tamen ut in omnibus exemplaribus eadem solennitates adhibeantur *§ 13. I. h. t.* Est etiam novissimo jure indifferens, num ascriptio heredis ab ipso testatore vel extraneo fiat, *Novell. 119. cap. 9.* quamvis antea à Justiniano, ipse testator vel testes ad hoc obstricti fuerint, *§. 4. I. h. t. l. 29. C. de testam. Colleg. Argentor. pag. 159. num. 18.*

LI. Secunda è singularium solennitatum numero est subscriptio tam testatoris, quam testium *l. 21. C. de testam. § 3. I. h. t.* quæ maximè necessaria; testamentum enim quod caret subscriptione pro infecto habetur *l. 22. § 4. ff. h. t. d. l. 21. § in omnibus C. de testam.* quam ob causam si forsitan testator literas ignoret, octavus testis, qui subscriptor dicitur, ejus vice fungitur *d. l. 21. C. de testam.* Quilibet autem testium proprio chirographo suum nomen annotare debet *l. 30. ff. h. t. nisi specialis casus l. ult. C. de testam. aliud requirat. Bocer. class. 3. disp. 2. tb. 40. 41. § 42. Colleg. Argentor. h. t. pag. 160. num. 22.*

LII. Tertia singularium solennitatum, est testium obfignatio *§ 3. I. h. t. l. 22. § 4. ff. h. t.* quæ num proprio, vel alieno annulo, num uno, vel pluribus fiat? nihil discriminis affert *§ 5. I. h. t. d. l. 22. § 2 ff. h. t. l. 12. C. de testam. d. constitut. Imperat. Maxim. h. t. § Es mögen auch ihr einer oder mehr.* Imò nec solum annulo, (quamvis ex *d. LL.* & præsertim ex *l. 22. § 5. ff. h. t.* constat, annulum jam antè præcisè requisitum fuisse) sed & quovis impreso testibus testamentum obfignare permittitur; quod non obscure ex generali illa voce sigilli, in *l. 1. §. 2. l. 4. ff. testam. quemadm. aperiant.* & præcipuè in *d. constit. Imper. Maximil. de anno 1512. h. t. § Die Form eines Testaments/* demonstratur; non enim ob id requiritur annulus, quia in orbem reflexus, sed ob id, *καταγυνησ* quod habeat *d. l. 22. § 5. add. Wesembec. ad § 5. f. h. t. Bocer. class. 3. disp. 2. tb. 45. Colleg. Argentor. pag. 160. num. 21.* Harum autem

autem enumeratarum solennitatum si forsan quædam prætermif-
sa, ne planè testamentum corruat, potest à testatore addi codicil-
laris clausula; ut nempe instar codicilli valeat, *l. 29. § 1. ff. h. t. l.*
ult. C. de codicill.

LIII. Hisce jam solennitatibus expositis, restat circa for-
mam testamenti essentielle ejus requisitum, ipsa nimirum hæredis
institutio consideranda *l. 30. ff. de liber. & posth.* sine qua nullum te-
stamentum subsistere potest, *l. 1. § 3. ff. de vulgar. & pupill. subst.*
l. 3. ff. de his que in test. del. § 2. J. de fideic. hered. utpote quæ basis,
caput, & fundamentum totius testamenti dicitur, § 34. *J. de*
Legat. testatores enim omnes tenentur illos, quos sibi hæ-
redes velint, aut nuncupare, aut testamento eorum inscribere no-
mina *l. 21. ff. h. t. l. 29. C. de testam. d. const. Imperat. Maximil. de an-*
no 1512. h. t. § Uber die Form eines Testaments/ & hæc hæredis
declaratio adedò necessaria, ut nec in testamento militis remissa,
modò sibi hæredem ex testamento existere velit. § 1. *J. de milit.*
testam. Qui autem sint instituendi, & quo ordine, hoc loco per-
tractare nimis prolixum foret, nec mei instituti est.

LIV. Deveniendum nunc est ad testamentorum materi-
am, quæ quatenus sumitur pro materiâ, in quâ, est quævis res apta
ad recipiendam scripturam, sive illa membrana, sive charta, aliave
materia fuerit *l. 1. pr. & l. 4. ff. de bon. poss. secund. tabul. l. 15. C. de te-*
stam. quatenus autem consideratur materia, circa quam testa-
menti factio versatur, veniunt ejus nomine res hæreditariæ, & qui-
dem universæ, sive tota hæreditas, ob rationem *l. 7. ff. de R. I.* Ista
enim pars hæreditatis, in qua nemo hæres est institutus, cæteris
hæredibus in testamento scriptis adjicitur § 7. *J. de hered. Inst. l.*
9 § 13. & l. 20. ff. eod. & si hæredum unus defecerit, cohæredi por-
tio illa accrescit, *l. 55. ff. de Acquir. vel omitt. hered.*

LV. Et hæc de testamentorum confectioe dicta sufficiant;
ultimo in considerationem venit eorundem finis, & effectus.
Quem igitur finem testamenta condentes intendant, ex ipsa de-
finitione notum; ut nempe eorundem voluntas declaretur, &
quid de bonis suis post mortem fieri velint, liquido constet: quæ
hominum ultima voluntas, modo legibus conformis *Novell. 22.*

C

cap. 2.

cap. 2. (his enim nihil derogare potest l. 55. ff. de Leg. I.) Sanctè est servanda l. 1. C. de S. S. Eccles. l. 5. ff. testam. quemadm. aper. We- fembec. parat. h. t. num. 12.

LVI. Effectus autem qui ex testamento provenit, duplex dari poterit: Unus, quod dominium rerum hæreditariarum ad hæredes transeat, l. 24. ff. de V. S. unà cum harum commodis, & incommodis l. 119. ff. de V. S. l. 8. ff. de acquir. vel omitt. hæred. arg. l. 1. 2. 3. ff. de bon. poss. ita tamen ut potiori jure devolvatur ad suos hæredes quam ad extraneos l. 11. ff. de lib. & posth. her. Inst. Quamvis citra apprehensionem omnibus possessio deneganda l. 23. in pr. l. 30. § 5. ff. de acqu. vel omitt. poss. l. 1. § 15. ff. si is qui in test. lib. juss. facta tamen aditione, sive immixtione, non amplius hæreditas repudianda l. 4. C. de repud. hæred.

LVII. Alter verò, quod liceat hæredibus, suas intentare actiones, sive istis remediis uti, quæ tam jus civile, quam prætorium illis subministrat. De jure enim civili ipsis competit hæreditatis petitio civilis, quæ etiam simpliciter hæreditatis petitio denominatur t. t. ff. & C. de hæred. pet. Eaquæ est actio in rem l. 25. § 18. ff. d. t. quæ hæres sibi delatam hæreditatem ab eo qui pro possessore, vel pro hærede possidet, restitui petit, l. 9. & l. 11. ff. b. t. estque hæc actio bonæ fidei actionibus annumeranda § 28. f. de actionib. vid. Bocer. class. 5. disp. 25. tb. 3. Georg. Franzk. comment. in ff. b. t.

LVIII. Præterea suppeditavit quoque hæredibus singulare beneficium Imp. Justin. in l. fin. C. de Edict. D. Hadrian. tollend. illudque edictum, quod vicefimam hæreditatis partem gabellæ nomine exigebat sustulit; cujus beneficii vi, hæres scriptus testamentum nulla ex parte vitiatum judici demonstrans, mittitur in possessionem rerum quas defunctus reliquit d. l. fin. C. d. t. Videatur prolixè de hac lege tripartita interpret. Christoph. Philipp. Richters part. 3. Bocer. class. 5. disp. 23. tb. 55.

LIX. Eodem modo datur etiam à Prætoribus petitio hæreditatis, quæ dicitur possessoria, l. 1. ff. de poss. her. petit. datur etiam fideicommissaria hæreditatis petitio l. 1. 2. ff. de fideicom. hæred. pet. ex quâ l. 2. ff. d. t. simul patet; eadem, quæ civili hæreditatis petitione hæredibus competunt, fideicommissariâ hæreditatis petitione

tionē tribui ei, cui hæreditas fideicommissaria est restituta; quæ restitutio etiam verbo fieri potest *l. 37. § 63. ff. ad Scetum. Trebell.* Possessoria verò hæreditatis petitio est, quæ competit bonorum possessori, adversus eum, qui pro hærede, vel possessore possidet: estq; quoad requisita, & condemnationem similis hæreditatis petitioni *l. 2. ff. de possess. hæredit. petit.* vid. Bocer. *class. 5. disput. 25. tb. 72. § 73.* Georg. Frantzk. *comment. in ff. h. t.*

LX. Habent insuper hæredes etiam jure prætorio Interdictū quorū bonorū, & quidem adversus quemvis, qui pro hærede, vel pro possessore possidet, vel dolo possidere desit § 3 *J. de Interd. l. 1. ff. quor. bonor. l. 2. C. eod.* Bocer. *class. 5. disp. 23. tb. 47. 48. § 49.* Hæ autem omnes actiones, tam civiles quàm prætorix quomodo sint instituendæ, à quibus, quasve cautelas admittant, exponere, à scopo esset alienum; & propterea in suis sedibus hæc reliquenda erunt.

LXI. Hi autem effectus in nonnullis testamentis, licet jure factis, certas ob causas nonnunquam impediuntur *l. 1. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam.* Cætera enim testamenta non jure condita, qualia *l. 4. ff. qui testam. facer. poss.* & reliquæ *L. L. de quibus in Theſibus: præced. actum, describunt; pro infectis habentur, l. 12. C. de testam. l. 38. § 6. ff. de pæn. d. constitut. Imperat. Maximil. de Anno 1512. h. t. §* **Es sollen auch alle Notarien des wissens haben.** Obveniunt autem hujusmodi impedimenta testamentis tam jure civili quàm prætorio; & quidem jure civili aut rumpuntur, aut irrita fiunt, aut querela inofficiosi rescinduntur *t. t. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. t. t. J. quib. mod. test. infirm. t. t. J. ff. § C. de inoffic. test.* Jure autem prætorio per bonorum possessionem contra tabulas infirmantur *t. t. ff. § C. de bon. poss. contr. tabul. Bocer. class. 3. disput. 9. tb. 1. § 2. Colleg. Argent. h. t. num. 1. pag. 177.* quos modos annihilandi testamenta breviter subjungere placet.

LXII. Ruptio itaq; testamentorum fit, quando jus ipsum testamenti vitiat, testatore in eodem statu manente § 1. *I. quib. mod. testam. infirm.* quod duobus accidit modis 1. agnatione sui hæredis, *l. 3. §. 3. ff. de injust. rupt. testam. §. 2. I. de exhæred. liberor.* 2. mutatione testamenti *l. 2. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. §. 2.*

I. quib. mod. testam. infirm. Colleg. Argentor. num. 5. § 7. pag. 178.
Bocer. class. 3. disput. 23. th. 10. § 23.

LXIII. Agnascitur autem testatori suus haeres vel verè, ex uxore post conditum testamentum, vel post mortem, qui si non fuerit institutus, testamentum rumpit § *posthum.* l. de exhered. liber. l. 2 §. 1. l. 12. § 13. ff. de injust. rupto testam. l. 1. C. de posthum. hered. institut. vel exhered. Vel quasi, si nempe i. vel per Adoptione, vel Arrogationem testator liberorum numerum augere voluit § 1. *I. quib. mod. testam infirm.* 2. per successionem in locum sui haeredis, si videlicet filio mortuo vel alia ratione de patris potestate exeunte, nepos quasi agnascendo succedat; is enim ob L. Juliam Vellejam aut haeres est instituendus, aut exheredandus §. 2. l. de exhered. liber. l. 13. ff. de injust. rupto testam. Colleg. Argent. num. 5. pag. 178.

LXIV. Mutatio autem testamenti fit; Primo, quando testamentum prius per posterius jure perfectum rumpitur l. 21 §. 3. C. de testam. §. 2. § 3. *I. quib. mod. testam. infirm.* l. 1. § 2. ff. de injust. rupt. irrit. testam. ex quibus textibus simul apparet, quatenus testamentum jure perfectum dicatur, & quod imperfecta nonnulla hoc in casu pro perfectis habeantur, ut i. militare, d. l. 2. ff. d. t. l. 36. ff. de testam. milit. 2. illud, in quo ii haeres scripti, qui ab intestato venire solent d. l. 2. ff. d. t. l. 21. § 3. C. de testam. Bocer. class. 3. disp. 9. th. 10. Colleg. Argent. b. t. n. pag. 178. Potest quoq; militare prius, per posterius rumpi l. 34 §. 2. ff. de testam. milit. quod secus in testamento inter liberos obtinet Novell. 107. cap. 2. § *Auth. hoc inter C. de testam.*

LXV. Secundo accidit testamenti mutatio, vel per rescissionem, à testatore vel aliis ejus jussu factam, l. 1. § 8. *si tabul. test. nulla extab.* l. 1. pr. § 3. ff. de his quæ in test. delent. l. pen. C. de testam. vel per resignationem d. l. pen. d. r. l. 22. § 3. § l. 23. ff. qui testam. facere poss. vel per deletionem, d. l. 1. § 3. ff. de his quæ in testam. delent. Nuda autem testatoris voluntas non est tanta, ut prius testamentum tollat § 7. *I. quib. mod. testam. infirm.* Coetera vero circa ruptionem testamentorum consideranda peti possunt ex Bocer. class. 3. disput. 9. th. 27. § seq. Colleg. Argentor. pag. 178. § 179.

LXVI. Irrita autem efficiuntur testamenta, primò ob quamlibet

libet capitis diminutionem testatoris § 4. §. 6. I. quib. mod. re-
stam. infirm. l. 11. § 4. ff. de bon. possess. secund. tabul. l. 6. §. 5. de injust.
rupt. irrit. fact. testam. Quamvis ejus testamentum, qui apud ho-
stes, ob jus postlimini, & ob L. Corneliam robur suum retineat §
ult. I. quib. non est permiss. testam. facer. l. 6. §. 12. ff. de injust. rupt. te-
stam. l. 22. in pr. ff. de captiv. & postlim. revers. l. 12. ff. qui testam. facer.
poss. nec militis minimam capitis deminutionem passi ultima vo-
luntas corruat, l. 22. & 23. ff. de testam. milit. § 5. l. eod. l. 6. §. ult. ff.
de injust. rupt. irrit. fact. testam. quibus etiam aliquo modo illorum
testamenta annumeranda, quibus medio tempore minima capitis
deminutio accidit, nam quamvis irrita dicantur, datur tamen ex
his bonorum possessio, modo tempore conditi testamenti, & tem-
pore mortis, testamenti factionem habuerint, l. 1. §. 8. circa fin. ff. de
bon. possess. secund. tabul. § 6. I. quib. mod. testam. infirm.

LXVII. Secundo ob mortem eorum, qui Rei criminis po-
stulati violentas sibi intulerunt manus l. 6. §. 7. ff. de injust. rupt. test.
horum enim bona applicantur fisco l. 3. ff. de bon. eor. qui ante sent. sib.
mort. consciv. Tertio, ob revocationem testatoris, coram tribus
ad minimum testibus, vel apud acta factam, ita tamen, ut post con-
ditum testamentum decennium sit emensum, l. 27. C. de testam.
Aut quarto tandem ob non aditam hereditatem l. 1. ff. de injust.
rupt. testam. l. 9. ff. de testam. et tel. §. 2. J. quib. mod. testam. infirmant.
l. 64. ff. de V. S. l. 181. ff. de R. I.

LXVIII. Restat ex jure civili querela inofficiosa; quæ est a-
ctio l. 7. § 1. l. 12. §. ult. ff. de inoff. test. §. 2. J. eod. quæ testamentum,
in quo liberi injustè sine ulla, vel non legitima causa exhæredati,
vel præteriti, tanquam contra officium pietatis confectum, hoc
colore, quasi testator non sanæ mentis fuerit, rescinditur, & hære-
ditas illis tanquam ab intestato restituitur, l. 1. § 2. §. 6. §. 1. ut §
8. ff. de inoff. testam. Circa præteritionem tamen, hoc loco notan-
dum, illam tantum hinc considerari, quæ æquiparatur exhæredationi
de qua § ult. J. de exhæred. liber. Et quamvis antea hæc instituta
querelâ inofficiosa, testamenta in totum rescinderentur, ut nec Le-
gata, nec libertates ex his valerent, l. 8. §. penult. & l. 28. ff. de inoffic.
testam. est tamen hoc jure novissimo per Novell. 115. cap. 3. circa fin.

mutatum. Bocér. *class. 3. disp. 9. th. 32.* Georg. Frantzk. *comm. in ff. h. t. num. 12.*

LXIX. Tandem in hac testamentorum descriptione, ultimo loco ponendus erit iste infirmandi testamenta modus, quem prætor introduxit; bonorum nempe possessio contra tabulas, § 3. *J. de bonor. possess. contr. tabul.* § 3. *J. de exheredat. liber.* quæ datur tam liberis, quam patrono in testamento præteritis *d. textib.* & § 3. *J. de success. libert.* Patrono tamen tum demum competit, si liberus vel sine liberis decesserit, aut liberos exheredaverit *d. § 3. J. de success. libert.* Præteritorum autem liberorum nomine hoc loco veniunt, tam emancipati *l. 1. § 6. & l. 13. ff. de bonor. poss. contr. tabul.* quam sui eodem observatō ordine, quō jure civili vocantur *l. 1. § 1. ff. d. t.* non tamen exheredati *l. 8. ff. h. t.* & isti præteriti, qui exheredatis æquiparantur, de quibus § 3. *J. de exhered. liber.*

LXX. Legata verò ex testamento hōc modō infirmato quod attinet; nulla præstanda veniunt à suis hæredibus *l. 15. & 16. ff. de Legat. præst. contr. tabul.* ab emancipatis verò ea tantum, quæ liberis, parentibus, & nurui dotis nomine, debentur, *l. 1. 2. 3. & 15. ff. de Legat. præstand.* Vide Bocér. *class. 3. disp. 12. th. 5.* qui etiam cœtera circa hoc infirmandi modos testamenta, observatione digna adjecit.

LXXI. Et hæc illa sunt, quæ ad testamentorum confectio- nem & eorundem infirmationem spectant: Reliqua enim quæ nonnunquam testamentis inferuntur, illis nec quicquam addunt, nec demunt; ut nempe tutoris datio, si quidem & codicillis scribi potest *l. 3. ff. de test. tutel.* danturq; testamenta plurima sine tuto- ris datione conscripta; quod etiam de legatis affirmandum, ob legatorum & fideicommissorum adæquationem *l. 1. & 2. C. comm. de leg. & fideicom.* quæ quia non hujus loci, nec quicquam ad testamenta faciunt, mitto, & ita testamento- rum Materiam.

FINIO.

Ἐὼς ἢ δόξα.

Ad Eximium & Doctissimum
DN. THOMAM SCHMIDIUM,
de Testamentorum materiâ publicè Dissuaterentem.

Pro Testamentis certas è ponte cathedræ,
Et tuus hic ausus quædam est testatio mentis.
Sic testaris enim, quâ mente volumina Legum
Sedulius evolvas, studiisque impenderis omnem
vitam; ut nempe tibi famamque decusque parares.
Nec dubium est, tantis coeptis si insistere pergas,
Gloria quin veniet plenis spectata theatris!

Cum gratulat. & vot. scr.

PRÆSES:

ET tibi cura Themis, SCHMIDI, legumque recessus
Schrutari dignâ sedulitate juvat.
Applaudo coeptis! pulchrâ mercede laborem
Compensare tuum gestit amata Themis.

*Amicissimo affectu
gratul.*

Heinrich Rudolff Redeker.

Testamenta sui faciant quò Jure Quirites,
Et quò firmentur posthuma jussa modò.
Quâ genitor formâ, rixarumque, anxia mater
In natos justè cernere possit opes.
Quæ tutò nescire queas, qui castra securus
Ignoras Themidos, Martis alumne, sacra.
Juraque quos prohibent vel testis munere fungis
Vel posticâ tabulis parte carere jubens.

Hæc

*Haec solida brevitate docet, Pindaq, colonos
In laudem, SCHMIDI, sedulitatis agis.
Gaudeo! sic studio pergens, charissime, cuncto,
Sub pedibus cernes mox Heliconae tuis.
Sic TE summus honor cinget, sic dignior haeres
Phœbai decoris TE magis nullus erit.*

Gratulab amicissimo suo l. m. q; p.

Christianus Klein/ Rost.



Egregium speciem jam prodis: Fronde sacratâ
Pergentis cinget Diva Themista caput,

*Fratri suo, in studiorum cursu
prospera quaeq; adprecans ponit*

Christian Schmidt.



Iusta voluntatis summa sententia qua sit, fers;
Praeside SCHUCKMANNO detegis atq; re-
Hoc, precor, in patria vergat decus inq; salutem
Non minus ingentem. Te comitetur honos.

Raptim amico suo sincero f.

Matthias Schröder/ Rost.



Gratulor, infracto quod pectore pulpita scandis,
Atq; tuere tuas voce sonante theses:
Ut coeptum studium, sic pergito candide amice,
Præmia non deerunt, summus Jova dabit.

Hoc amico suo certissimo l. m. q; apponere voluit

Johann Albrecht Pfelzer/

Osnab. Westph.

os : os

libet capitis diminutionem testatoris
*stam. infirm. l. 11. § 4. ff. de bon. poss. sec.
rupt. irrit. fact. testam.* Quamvis ejus
stes, ob jus postlimini, & ob L. Cornelia
*ult. l. quib. non est perm. testam. facer. l.
stam. l. 22. in pr. ff. de captiv. & postlim. res.
poss. nec militis minimam capitis demin.
luntas corrumpat, l. 22. & 23. ff. de testam.
de injust. rupt. irrit. fact. testam.* quibus e
testamenta annumeranda, quibus medi
deminutio accidit, nam quamvis irrita
his bonorum possessio, modo tempore c
pore mortis, testamenti factionem habu
bon. possess. secund. tabul. § 6. l. quib. mod.

LXVII. Secundo ob mortem eor
stulati violentas sibi intulerunt manus
horum enim bona applicantur fisco *l. 3. ff.
mort. consciv.* Tertio, ob revocationem
ad minimum testibus, vel apud acta facta
ditum testamentum decennium sit em
Aut quarto tandem ob non aditam ha
*rupt. testam. l. 9. ff. de testam. iutel. §. 2. f. q.
l. 64. ff. de V. S. l. 181. ff. de R. I.*

LXVIII. Restat ex jure civili que
ctio *l. 7. & l. 12. § ult. ff. de inoff. test. §. 2.*
in quo liberi injuste sine ulla, vel non le
vel prateriti, tanquam contra officium
colore, quasi testator non sana mentis fu
ditas illis tanquam ab intestato restituit
§. ff. de inoff. testam. Circa prateritioner
du, illam tantum hic considerari, qua
de qua *§ ult. f. de exhered. liber.* Et qu
querela inofficiosi, testamenta in totum r
gata, nec libertates ex his valerent, *l. 8. §.
testam.* est tamen hoc jure novissimo per

C 3

*quib. mod. ut
§. 5. de injust.
qui apud ho
n retineat §.
just. rupt. te
testam. facer.
ultima vo
l. 6. §. ult. ff.
modo illorum
nima capitis
ur tamen ex
enti, & tem
circa fin. ff. de*

*riminis po
just. rupt. test.
ante sent. sib.
pram tribus
ut post con
C. de testam.
ff. de injust.
n. infirmant.*

*; quæ est a
stamentum,
exheredati,
ectum, hoc
ur, & hare
§ 6. §. 1. ut &
loco notari
heredationi
næ instituta
ur nec Le
ff. de inoffic.
§. 3. circa fin.
mura-*

